Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. I. Formalia derselben.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1648. Junius.

„Crayß ergäntzet werden. 2) Vermeyn-
„ten ſie, als pro ſecundo gradu, daß
„die Sache dahin zu richten, daß wann
„Sie den Fränckiſchen Crayß ſchwinden lieſ-
„ſe, Ihro doch der Schwäbiſche Crays ver-
„bleibe. Pro tertio gradu halte Se. Chur-
„fürſtliche Durchlaucht dafür, der aller-
„beſte Modus ſey, wann alle 8. Crayſe
„zuſammen gezogen, und daraus eine
„Summa vor die Schwediſche und Chur-
„Bayeriſche Reichs-Armada der geſtalt
„erhoben würde, daß die Schwediſche Ar-
„mada zwey drittheil, und Sr. Churfürſt-
„lichen Durchlaucht Reichs-Völcker ein
„drittheil bekomme. Welches ein Mittel,
„darüber ſich weder die Königlich-Schwe-
„diſchen, noch die Stände zu beſchweren.
„Das Geld werde ſodann in die Lege-
„Städte gebracht, und den Völckern di-
„ſtribuiret. Sr. Churfürſtlichen Durch-
„lauchtigkeit gehe ferner zu Gemüth, daß
„Sie mit dem Bayeriſchen Crayß nicht fort-
„kommen könne, nachdem vier Armaden
„jetzo darinn ſtünden und alles zu Grund
„verderben. Weil nun dieſe Gradus in
„Raiſon fundiret, Seiner Churfürſtlichen
„Durchlauchtigkeit Affection gegen das
„Römiſche Reich erſcheine, und Sie thue,
„was den Ständen angenehm, hoffe Sie
„auch, man werde ſich dergeſtalt erklären,
„damit man dermahleins aus dem Werck
„gelange.

Der Chur-Mayntziſche Reigersberger: Nachdem man ſich mit wenigen unterredet hatte, antwortete er denen Chur-Bayriſchen: Die Deputirten hätten wohl eingenommen, was Seine Churfürſtliche Durchlauchtigkeit ihnen anfügen laſſen; befünden, daß es auf dreyen Gradibus beſtehe, ſo man ad notam genommen, und erinnerten ſich, was vorhin vor Concluſa in den Reichs-Collegiis hierin ausgefallen, daß nemlich Ihrer Kayſerlichen Majeſtät der Oeſterreichiſche Crayß anzuweiſen, und Seiner Churfürſtl. Durchlauchtigkeit der Bayeriſche Crayß. Ob ſie nun wohl vermeynten, es werde dabey bleiben können, weil alle Stände dieſer Meynung wären; So wolten ſie doch ſolches, der Nothdurfft nach, der übrigen Chur-Fürſten und Stände Geſandten überbringen, und mit ihnen eine hauptſächliche Reſolution vergleichen.

Schweden extradiren an die Stände eine Formulam in puncto Executionis.

Von dannen wolten ſich die Deputirte zu den Schwediſchen verfügen, um ihnen die letztere am 15. Jun. gefallene Reſolution der Stände zu eröffnen: Dieſe aber lieſſen ſich ſelbſt zur Conferenz auf dem Rath-Hauß anmelden, und überſchickten zugleich die ſub N. I. hier beygefügte Formulam, über den Punctum *Executionis Pacis*. Nachdem ſich nun die Schwediſchen auf dem Rath-Hauß eingeſtellet, und zwar mit zwey Wagen, empfieng ſie der Chur-Mayntziſche D. Reigersberger auf den Platz unten an der Treppe, die übrigen Deputirten aber blieben auf der Treppe ſtehen, und giengen ihnen in Begleitung vorher. Sie ſaſſen auf zwey Stühlen neben einander, und die Deputirten gegen über auf Stühlen in einer Ordnung.

Was nun dabey allenthalben vorgegangen, wurde auf Begehren der Stände Abgeſandten von dem Chur-Mayntziſchen in nachfolgende Relation ſub N. II. gebracht, und zur Dictatur gegeben.

N. I.

Exhib. d. 17. Jun.
ſt. v. 1648.

Schwediſche *Formula in puncto Executionis Pacis.*

Schwediſche Formula in puncto Executionis.

Pacem hoc modo concluſam promittunt Cæſarei & Regii Legati & Plenipotentiarii, reſpective ab Imperatore & Regina Sueciæ ad formam hic mutuo placitam ratihabitum iri, ſeſeque infallibiliter præſtituros, ut ſolennia ratihabitionum Inſtrumenta intra ſpatium trium Menſium Hamburgi præſententur & reciproce riteque commutentur: Interim, facto inter Exercitus Armiſtitio, ceſſet omnis hoſtilitas & quæ ſupra conventa ſunt, ſine mora executioni utrinque mandentur.

1648. Junius. Inprimis deputentur utrinque Commiſſarii, qui ſecundum Circulorum proportionem Exercitus per Imperium diſtribuant, aſſignatis unicuique ſtativis, ubi ſub Dominorum cujusque loci ut & generalis Exercituum Ducis directione & diſpoſitione commode, pacateque vivant, donec ipſis ex conventione ea de re inita, ſatisfactum fuerit. 1648. Junius.

Deinde omnes & ſinguli utriusque partis captivi, citra diſcrimen ſagi vel togæ, interque hos nominatim Princeps Eduardus Bragantinus, eo modo, quo inter Exercituum Duces, cum Cæſareæ Majeſtatis approbatione, conventum eſt, aut etiamnum convenietur, dimittentur.

Tum quæ de univerſali ac particulari Statuum, aliorumque reſtitutione ſupra transacta ſunt, per Cæſarea mandata ſine clauſula in ſigulis Circulis intra præfatum terminum executioni mandentur, ut ante dictarum ratihabitionum commutationes cujuslibet gravati manu ſigilloque doceri poſſit, bona cum fide, & absque omni exceptione reſtitutum eſſe.

His factis Ratihabitionum Inſtrumenta una cum Inveſtiturarum Diplomatibus mutuo extradantur, ac tum ſtatim omnia partis utriusque militaria præſidia, ſive Imperatoris & Imperii, ejusque ſociorum & fœderatorum; ſive Reginæ, Regnique Sueciæ & Landgraviæ Haſſiæ, eorumve fœderatorum & adhærentium, aliove quocunque nomine impoſita fuerint, e locis reſtituendis ſine damno & noxa Civium, Incolarum & Provinciarum pari paſſu deducantur.

Loca ipſa, Civitates, Urbes, Oppida, Arces, Caſtella, Fortalitia, tam quæ per terras Imperatoris, Domusque Auſtriacæ hereditarias, quam per Imperium ab utraque parte occupata & detenta ſunt, priſtinis & legitimis ſuis poſſeſſoribus & Dominis, ſive Mediati, ſive Immediati, ſive Eccleſiaſtici, ſive Seculares Imperii Status ſint, comprehenſa Libera Imperii Nobilitate, per totum Imperium absque mora reſtituantur, liberæque eorum diſpoſitioni de Jure & conſuetudine, vigoreque præſentis Transactionis ipſis competenti, permittantur, non obſtantibus ullis donationibus, Infeudationibus, Conceſſionibus, aut aliis quibuscunque titulis, in priorum legitimorum Dominorum, poſſeſſorumve præjudicium acquiſitis: Salvis tamen iis, qui in præcedentibus articulis, ſive Reginæ Regnoque Sueciæ in Satisfactionem conceſſa, ſive aliter ſpeciatim excepta & diſpoſita ſunt. Atque hæc locorum occupatorum reſtitutio dicto modo tam a Cæſarea Majeſtate quam a Regia Majeſtate Sueciæ & utriusque fœderatis atque adhærentibus fiat bona fide.

Reſtituantur etiam Archiva aliaque mobilia, quæ in dictis locis adhuc ſalva reperiuntur; ſed tormenta bellica cum ſuis annexis, reliquoque apparatu bellico, tam ibi reperta, quam aliunde eo invecta ſive in præliis aut obſidionibus capta, ſive ad uſum & cuſtodiam eo per Victores illata fuerant, Victorem indiſtincte ſequantur. Annona quoque militaris, frumenta & victualia abſcedentium præſidiorum diſpoſitioni ſubſint. Teneanturque ſubditi cujusque loci, diſcedentibus neceſſarios currus, equos & naves pro omnibus neceſſariis avehendis ad loca deſtinata absque pretio ſubminiſtrare, quos & reſtituere debent Præfecti Præſidiorum hoc modo diſcedentium ſine dolo & fraude.

Reddita vero, ſive maritima & limitanea, ſive mediterranea fuerint dicta loca, ab ulterioribus omnibus occaſione horum bellorum introductis præſidiis perpetuo poſthac libera ſunto.

Deni-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1648. Junius. Denique omnium Belligerantium in Imperio partium Copiæ & Exercitus dimittantur & exauctorentur: Eo tantum numero in ſuos cujusque proprios Status traducto, quem quæque pars pro ſua ſecuritate judicaverit, neceſſarium. 1648. Junius.

Pro majori horum omnium & ſingulorum Pactorum firmitudine ac ſecuritate, ſit hæc Transactio perpetua lex & pragmatica Imperii Sanctio proximo Imperii Receſſui, ut & Cæſareæ Capitulationi inſerenda; obligans non minus abſentes quam præſentes, Eccleſiaſticos æque ac Politicos Imperii Status & alios: Eoque tam Cæſareis Procerumque Conſiliariis, quam tribunalium omnium Judicibus & Adſeſſoribus, tanquam Regula, quam perpetuo ſequantur, præſcripta.

Contra hanc Transactionem, ullumve ejus Articulum aut Clauſulam, nulla Jura, Canonica vel Civilia, Communia vel Specialia, Privilegia, Indulta, Edicta, Commiſſiones, Inhibitiones, Mandata, Decreta, Reſcripta, Litispendentiæ, quocunque tempore latæ Sententiæ, res Judicatæ, Religioſorum Ordinum Regulæ aut Exemtiones, Proteſtationes, Contradictiones, Proſcriptiones, Confiſcationes, Inveſtituræ, Transactiones, præteriti aut futuri temporis, ſeu dedititia ſeu alia pacta; multo minus Edictum Anni 1629. vel Transactio Pragenſis, aut Concordata cum Pontificibus, aut Interimiſtica Anni 1548. vel etiam ulla Statuta, ſive Politica ſive Eccleſiaſtica Decreta, diſpenſationes, abſolutiones, vel ullæ aliæ quocunque nomine aut prætextu excogitari poterint, exceptiones unquam allegentur, audiantur aut admittantur, nec uſpiam contra ea in Petitorio aut Poſſeſſorio ſeu inhibitorii, ſeu alii proceſſus decernantur.

Omnes hujus Transactionis Conſortes, Imperator, Reges Fœderati & Imperii Status teneantur univerſas & ſingulas hujus Pacis leges contra quemcunque tueri & protegere. Si quid earum a quocunque violari contigerit, læſus lædentem inprimis quidem a via facti, ut convenit, dehortetur, cauſa ipſa vel amicabili compoſitioni vel Juris diſceptationi ſubmiſſa. Veruntamen, ſi neutro horum modorum intra ſpatium - - - - - - - terminetur controverſia, teneantur omnes & ſinguli dicti Comprotectores, junctis cum parte læſa conſiliis viribusque arma ſumere ad repellendam injuriam ſtatim atque poſt Menſem, ex quo fuerint ab injuriam paſſo moniti, quod nec amicitiæ, nec Juris via locum invenerit: Salva tamen de cætero tam Cæſareæ Majeſtati per Imperium & ſua Regna, terrasque hereditarias, quam Regiæ Majeſtati Sueciæ Galliæque, per earum Regna & provincias Jurisdictione, Juſtitiæque juxta cujusque Status Leges & conſuetudines competenti adminiſtratione. Qui vero huic Transactioni, conſilio vel ope contravenerit, ſive Clericus ſive Laicus fuerit, pœnam fractæ pacis incurrat, honore, dignitate, bonis, Juribusque privandus, eumque in finem Mandata ſine clauſula decernantur, nec unius aut plurium contraventio cæteris hujus Transactionis contentis ullum inferat præjudicium.

Hac Pacificatione comprehendantur ex parte Imperatoris omnes S. Majeſtatis fœderati & adhærentes, Sacri Romani Imperii Electores, Principes, interque hos etiam Dux Sabaudiæ, Dux Lotharingiæ, cæterique Status, Libera Imperii Nobilitas & Civitates Hanſeaticæ; Item Rex Hiſpaniarum Catholicus, Rex Angliæ, Rex Poloniæ, Rex Daniæ, Reſpublica Veneta, Magnus Dux Hetruriæ, omnesque reliqui Principes & Reſpublicæ Italiæ, Ordines Fœderati Belgii & Helvetiæ, Rhetiæque.

Et quamvis ex parte Reginæ Sueciæ in ſequentibus includatur, Rex Luſitaniæ: tamen Cæſareani declarant, quod ipſi nullum alium Regem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1648. Junius. Luſitaniæ agnoſcant, præter Hiſpaniarum Regem Philippum hujus nominis Quartum; Ex parte vero Reginæ Regnique Sueciæ omnes ejus fœderati & adhærentes; Inprimis Rex Chriſtianiſſimus, tum Electores, Principes, Status, Libera Imperii Nobilitate comprehenſa, & Civitates Hanſeaticæ; Item Rex Angliæ, Rex Daniæ, Rex Poloniæ, Rex Luſitaniæ, Johannes Quartus, Magnus Dux Muſcoviæ, Respublica Veneta; Fœderatum Belgicum, Helvetii & Princeps Transſylvaniæ. 1648. Junius.

In quorum omnium & ſingulorum fidem majusque robur, tam Cæſareani quam Regii Plenipotentiarii præſens Pacis Inſtrumentum manibus ſuis, Sigillisque propriis muniverunt & firmârunt. Osnabrugis in Weſtphalia die - - - - - Menſis Anno Domini ſupra milleſimum ſexcenteſimo quadrageſimo octavo.

N. II.

Dictat. Osnabrug. d. 19. Junii, Anno 1648. per Mogunt.

Relation, was zwiſchen den Schweden und Reichs-Ständen am $\frac{17}{27}$ Jun. 1648. in puncto Satisfactionis Militiæ gehandelt worden.

Relation über die Handlung in puncto Satisfactionis Militiæ, am $\frac{17}{27}$ Jun. 1648.

Am 27. Junii ſtyl. nov. 1648. haben ſich beyde Königlich-Schwediſche Herren Legaten, auf dem Rath-Haus perſönlich eingefunden, denen das Reichs-Directorium in Gegenwart der Deputirten aus allen drey Reichs-Räthen ſubſtantialiter dieſes vorgetragen, was maſſen man ex parte Statuum nicht unterlaſſen, dasjenige in Berathſchlagung zu ziehen, weſſen ſich die Herren Schwediſchen nun zum zweyten mahl in puncto Satisfactionis Militiæ, in ſpecie wegen der 5. Millionen Rthlr. Angab und Verſicherung des Reſidui, vermittelſt Real-Hypothecen erkläret. Sie, Herren Schwediſchen würden ſich erinnern, was geſtalt man diſſeits die 5. Millionen Rthlr. ſub ſpe rati, und ad excludendam impoſſibilitatem auf Zahlungs-Termin verwilliget habe: mit denen begehrten drey Millionen Rthlr. zur Angifft mit baaren Gelde aufzukommen, ſey eine lautere Unmügligkeit: Deducirte mit wenigen des Reichs betrübten Zuſtand, und den Mangel der Zahlungs-Mittel, wie deme, ſo machten ſich die Stände zur Zahlung des dritten Theils von beſagten Quanto der fünf Millionen Rthlr. zur Anlag und ſo viel müglich an baaren Gelde auf nachfolgende Conditiones per majora erbiethig, daß: 1.) Man die bey denen Quæſtionibus Quomodo & Quando? wie auch Quis? & Cui? angehängte Bedingniſſen wiederholet, und nachmahlen in ſpecie bey der Quæſtion Cui? reſerviret haben wolte, daß man ſich weder zu der Kayſerlichen noch Chur-Bayeriſchen (auſſer deme was dieſen beyden Theilen bereits bewilliget worden) noch der Heſſen-Caſſeliſchen oder einiges andern Standes Militiæ Satisfaction bekennen könte; 2.) Die Zahlung immediate an die Soldateſca beſchehen; 3.) Der Völcker Exauctoration und Reſtitution der Plätze pari paſſu & tempore ratificationis Pacis zu Wercke gerichtet; 4.) Die Interims-Verpflegung poſt concluſam Pacem, ſowohl denen Guarniſonen, als im Felde liegenden Völcker von ſolcher Angabe des dritten Theils deduciret; Sodann 5.) von denjenigen Ständen, welche mit baarer Zahlung ihrer Tertiæ nicht aufkommen könten, zu der Generalität um Aſſignation etlicher Völcker, nach proportion ihrer Quotæ debiti, geſchickt, ſelbige gleichwohl abgedanckt, und vom Stand bis zu deren Zahlung verpfleget werden möchten. Betreffend im übrigen die Aſſecurationem des Reſidui, hielte man dafür, daß neben der General-Guarantie, durch eines jeden Standes Particular-Obligation und Aſſecuration, ohne das kein Stand vor den andern hafften ſolte oder könte, dem Wercke zu gnügen geholffen ſeyn würde, ꝛc.

Hierauf haben ſich die Königlich-Schwediſchen in Wiederantwort vernehmen laſſen, das ſie über dasjenige, was ſie denen Ständen vor wenig Tagen übergeben,

jetzt-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN